Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26398
Copyright: Admont, Benediktinerstift



37

tortum ab Ortodoxorum patrum uidelicet Dyonisii areopagite
discipuli beati pauli. et luuenalis hierosolimitani patriarche
nec non germani constantinopolitani archiepi. Iste quippe Dyoni
sius ut in ipso sermone apparet in libro de duuinis nominibus
dormitionem sce Theotokos interfuisse testatur se cum sciis apls et Timo
theo suo condiscipulo ac scō Ierotheo post aptos uiro excellen
tissimo quorum testimoniis non credere absit a nobis et nris
omnibusq; fidelibus beate MARIE suffragio indigentibus. Valet
quoq; ad sermonis hui firmamentum. qd longe post beatum
Hieronimum non tam conscriptus quam ex patrum scriptis collectus
inuenitur eo qd luuenalis epc cui hic auctoritas intro du
citur post obitum beati Ieronimi claruit et marcianus impe
rator cui hic memoria inseritur non Ieronimo sed luuenali contem
poraneus inuenitur ut ex hoc manifestum sit non hunc sermo
nem sed aliud qddam de transitu beatae MARIE scriptum
repbasse illustrem illum uirum. qd etiam Gelasius papa inter apocri
pha reputauit. qui si forte sermonem hunc tantum patrum
testimoniis fultum audissent. eo fidei peul dubio annuissent
Porro si liber ille Cosme unde in hoc sermone non nulla sunt
excerpta. putatur apocriphus non ideo tam sermo ipse repudi
andus est qa qd excerptum de apocripho hic est insertum. hoc
peul dubio non est apocriphum. Licuit semper licebit non solum de
apocriphis uerum etiam de scriptuis paganorum tale quid ex
cerpere qd non sit apocriphum seu paganum. Unde apls ad
arguendos cretenses de quodam pagano poeta. ipsorum tale
posuit testimonium Cretenses semper mendaces male bestie